

922.2


M3672

1729

S-1-46


~~of Rare~~


of 4



Rare Book & Special
Collections Library

922.2
M3672
1729





Handwritten text, mostly illegible due to fading and blurring. A small brown spot is visible near the top center.

Handwritten text, possibly a signature or a specific heading, located in the lower middle section of the page.

12

1842

monochlorae. *Mastyrrolia*

Sanjani petri

Grandinae portae de pal^a

Trigane bipartita portae de pal^a

Albardi stana de Argentina

Autorey in hoc codice
collecti

Mongitore Martyrologium
Panor. de anno 1220


Mongitore Martyrologium
Pan. de anno 1242


Panzani de Primord. Pan. Urbij
in vrbij Mongitore

Pardinas de antiquis Urbij
Pan. Iannij in vrbij Mon
gitore

Attardi Istoria Urbij Argive

Artale





Digitized by the Internet Archive
in 2012 with funding from
University of Illinois Urbana-Champaign

<http://archive.org/details/martyrologiumpan00cava>

S-1-46=1

MARTYROLOGIUM

PANORMITANUM

SANCTORUM CIVIUM;

& Patronorum Urbis Panormi,

SICULI REGNI METROPOLIS;

Quorum Officia tum in Cathedrali, tum
in aliis ejusdem Urbis, & Archidice-
cesis Ecclesiis celebrantur.

JUSSU ILLUSTRISS. ET REVERENDISS. DOMINI

FR. D. JOSEPH GASCH

ARCHIEPISCOPI PANORMITANI,

*De Consilio S. M. C. C. ac Romani
Pontificis Solio Assistentis &c.
editum.*



PANORMI,

Typis Jo: Baptistæ Aiccardo, 1729.

Imp. Sidori V. G. (Imp. Drago P.

MARITIMORUM

PLANTARUM

SUBTERRANEA

et

SICUTI NERVI METEORICIS

Quorum Descriptio cum in Catalogis, cum
in suis speciebus et in
et in suis speciebus

et in suis speciebus


FR. D. JOSEPHI CASCHE

ARCHIDIECESENI PRÆTORII

in Caris. et in

et in suis speciebus

et in suis speciebus




et in suis speciebus

et in suis speciebus

et in suis speciebus

122. C
M3672
1729



LECTORI.

Gregorius XIII. Pont. Max. in Bul-
la 14. Januarii 1584. pro nova
Martyrologii Romani editione,
decrevit: *Mandamus igitur omni-
bus Patriarchis, Archiepiscopis, Episco-
pis, Abbatibus, cæterisque Ecclesiis, Mona-
steriis, Conventibus, Ordinibus sive Sæcula-
ribus, sive Regularibus, quibuscumque Præfe-
ctis, ut in peragendo divino in Choro Officio,
omni alio Martyrologio amoto, hoc tantum
nostro utantur, nulla re addita, mutata,
adempta. Si quos alios habuerint Sanctos in
suis Ecclesiis, aut locis celebrari solitos, eos
in hunc librum ne inferant, sed separatim
descriptos habeant, eumque illis locum, atque
ordinem tribuant, qui regulis hinc descriptis
traditur. Huic decreto innixa Archiepisco-
palis Ecclesia Panormitana: quamplurimos
Sanctos Cives, vel Patronos, quos à vetu-
stissimis temporibus veneratur, in libello
manu exarato, seorsim adnotatos semper*

4
habuit; & statutis diebus eorum memoriam
in Choro recensere consuevit. Hos in niti-
diorem formam redactos in lucem ad om-
nium utilitatem emittere statuimus, ut in
Metropolitana, aliisq; Urbis, & Archidiece-
sis Panormitanæ Ecclesiis, eadem Sanctorum
memoriâ uniformiter utantur omnes; & præ
oculis Sanctorum nostrorum habentes exem-
pla, ad sequenda eorundem vestigia pia
æmulatione accendantur. Eorum verò me-
moriâ, quæ in Romano extat Martyrolo-
gio, Pontificiam ob legem, ejusdemq; Mar-
tyrologii reverentiam, hîc tantum innui-
mus, nihil addito, aut immutato, sed Le-
ctorem ad idem Martyrologium amanda-
mus.



28. 16. 11
Catana in Sicilia Natalis sanctae Agathae
virginis & Martiris, quae temporibus Perij
Imperatoris sub Quintiano Suelice post
alapas & carcerem, post equuleum & torti-
ones, post mammillarum abissionem, post
adulationem in testulis & carbonibus tan-
dem in carcere Deu querendo consummata
est

De Beata Agatha agunt Baron. in
Not. ad Martyrol. fol. 28. Silemon. Historia
Eccl. tom. 3. fol. 209. et fol. 230

Prædica Idus Februarij

Octava S. Agathae Virginis et Martiris
Vrbis Canormi Civis, ac Patronae Principis
palijs

De ratione celebrandi diem octavam
pluribus agunt hi, qui de Divinis Offi-
ijs tractatus scripserunt, et est videre
apud Baron. in Mart. a. lan. fol. 8.

Adibus July

Panormi Inuentio corporis S. Rosalix
Virginij Panormitanæ, quod Urbano octa
uo P. M. repertum diuinitus, anno
subleui Siciliam à peste liberauit.
Racet.

De inuentione corporis S. Rosalix habe
me, factioes a P. Francisco S. Cayo com
posita pro off. Panor. edit. a P. Amato
in Octas. 2. f. N. 176

Tertius
Nona Kal. Augusti.

4
Tirij in Tuscia apud lacum Vulturum sanctae
Christinae virginis & Martyris: quae in Chry-
sum credens, cum patris idola aurea &
argentea comminasset, ac pauperibus ero-
gasset, eius iussu verberibus dilaniata,
alijque supplicij diuissime cruciata, &
cum magno saxi pondere in lacum proiecta,
sed ab Angelo liberata: deinde sub alio
Iudice patris sui succedere acriora
tormenta consanter proferens, novissima
a Juliano Praefide post fornacem ar-
dentem, ubi quinque diebus illa per-
manuit; post serpentes Chrysi uirtute
superatos, absorptione linguae & sagittarum
infixione martyris sui cursum compleuit.
Sed. Christina esse uidetur apud Baron
in Martyrol. fol. 355

September
Indiditomas Septembis
Panormi Natalis S. Natalis Virginis Pa-
normitanae, ex Regio Caroli Magni san-
guine orae, que pro Christi amore pa-
terni Principatus, ac lamque profugien,
in montibus ac speluncis solitaria, celestis
vitam duxit

Quinto Idus Septembis

Rome S. Sergij Papae & Confessoris

Describunt eius res gestas a Baron. in
Annal. tom. 8. An. 665. n. 1. Christy Anno

205 n. 1.

1877 - 1878

...


...

...

...

...

...



FEBRUARIUS.

Nonis Februarii.

⁵
C Atanæ in Sicilia &c. *ut in Martyrolo-*
gio Romano.

Pridie Idus Februarii.

¹²

Octava S. Agathæ Virginis & Martyris,
Urbis Panormi Civis, ac Patronæ Principalis.

A P R I L I S.

Octavo Idus Aprilis.

⁶

IN Oppido Seminarix Natalis S. Philàreti
Confessoris, Civis Panormitani, Ordinis
S. Basilii, qui Dei monitu Calabriam pe-
tiit, & monasticam in Divi Eliæ Cœnobio
vitam amplexus, omni corporis asperitate,
cæterisque virtutibus clarus sanctè decessit in
eodem Oppido Seminarix anno septuagesi-
mo supra millesimum.

*Solitud. S. Philàreti in der Sanct. tam
April. 1715*

A 3

Sex-

Sexto Idus Aprilis.

8

In Calabria Natalis S. Philàreti Martyris, Civis Panormitani, è Sancti Basilii familia, qui ob Catholicæ Fidei confessionem à Saracenis multis tormentorum generibus cruciatus, Martyrii coronam accepit anno octingentesimo vigesimo secundo.

M A J U S.

Quarto Nonas Maji.

4

PAnormi (*in Cathedrali*) Translatio Brachii S. Joannis Theresti ejusdem Urbis Civis, è Divi Basilii cœtu, quod è Calabro Styli pago Panormum invecum, anno millesimo septingentesimo vigesimo quarto, in ejusdem Urbis Basilica veneratur: cujus memoria recolitur vigesima quinta Junii.

Dominica secunda Maji.

Panormi Translatio Corporis S. Christianæ Virginis & Martyris Tyriæ, Urbis Panormi Patronæ Principalis, quod è

Sæ.

7
Sæpino Samnii oppido ad principem dictæ
Urbis Ecclesiam, Hugonis Archiepiscopi ope,
delatum, insignique pompa receptum, an-
no millesimo centesimo sexagesimo, solemni
festo, magnoque populi concursu veneratur.

Undecimo Kal. Junii.

22

Panormi Sanctorum Trigintaquatuor Mar-
tyrum Civium Panormitanorum, S. Mami-
liani Martyris Archiepiscopi Panormitani
discipulorum, qui sub Imperatore Diocle-
tiano, & Aureliano Siciliae Præfecto, ob or-
thodoxæ legis veritatem carcere, equuleo,
& verberibus sævissimè dilaniati; cervicibus
tandem abscissis, gloriosam martyrii pal-
mam consequuti sunt anno trecentesimo
decimo.

J U N I U S.

Quarto Idus Junii.

10

Tineti S. Olivæ Virginis & Martyris,
Urbis Panormi Civis, & Patronæ
Principalis, quæ nobili exorta genere, ad-

A 4

huc

huc puella in perfecutione Vandalica pro Christi fide in exilium pulsa, Tuneti multos ad catholicam religionem attraxit: mox equuleo, ferreis unguis, & igne superatis, à ferventis olei dolio divinitus liberata, truncato demum capite, martyrii coronam adeptæ est; cujus anima, demirantibus omnibus, in columbæ specie evolavit ad Cœlum anno quadringentesimo sexagesimo tertio.

Pridie Idus Junii.

12

Agyræ Natalis S. Philippi Confessoris Civis Panormitani, Philippi Agyrensis alumni, qui ab Episcopo Panormitano inter Diaconos adscriptus, omnium virtutum splendore, ac miraculis clarus, obiit Agyræ anno trigesimo supra centesimum.

Sextodecimo Kal. Julii.

16

Apud Portum Romanum Natalis S. Mamiliani Martyris Urbis Panormi Civis, Archiepiscopi, & Patroni Principalis, qui postquam multos evangelica luce illustrasset, Diocletiano Cæsare, & Aureliano Siciliæ

Præ-

Præfide, equuleo, flagellisquē discerptus: carceris, & inediæ maceratione confectus, in ferventis olei dolio, cum discipula Nympha projectus, angelica ope liberatus, Romam petiit, ac juxta eundem portum Romanum, rerum cœlestium contemplationi deditus, sancto fine quievit anno trecentesimo duodecimo.

Quintodecimo Kal. Julii.

17 Octava S. Olivæ Virginis, & Martyris Panormitanæ.

Nono Kal. Julii.

23 Octava S. Mamiliani Martyris Civis, & Archiepiscopi Panormitani.

Octavo Kal. Julii.

24 Apud Stylum. *ut in Martyrologio.*

10
JULIUS.

Septimo Idus Julii.

9
Romæ Ordinatio S. Agathonis Papæ & Confessoris, Urbis Panormi Civis, & Patroni Principalis, qui mira sanctitate, ac doctrina Ecclesiam exornans, post Romanum, & Constantinopolitanum Concilium adversus Monothelitas celebratum, & diuturnum Ravennæ schisma deletum; Pauperum Patris, & miraculorum gloria Thaumaturgi nomen adeptus, migravit ad Cœlum anno sexcentesimo septuagesimo octavo.

Idibus Julii.

15
Panormi Inventio Corporis S. Rosaliæ. *ut in Martyrologio.*

Dominica post Festum S. Rosaliæ.

Panormi Translatio Sanctorum Eustotii, Proculi, & Golbodei Martyrum, ejusdem Urbis Civium, quorum Reliquiæ è Romana S. Mariæ in Monticellis Ecclesia, ubi eorum

11
corpora cum Sanctorum Mamiliani, &
Nymphæ corporibus asservantur, Alexan-
dro VII. annuente, Panormum delatæ sunt
anno millesimo sexcentesimo sexagesimo
sexto. 8

Decimoseptimo Kal. Augusti.

16

Octava S. Agathonis Papæ, & Confessoris
Panormitani.

Nono Kal. Augusti. 8

24

Tyri in Tuscia. *ut in Martyrologio.*

Pridie Kal. Augusti.

31

Octava Sanctæ Christinæ Virginis, &
Martyris, Patronæ Principalis Urbis Pa-
normi.

AUGUSTUS.

Kalendis Augusti.

1

PAnormi Dedicatio Basilicæ Cathedralis
Primariæ hujus Siciliæ Regni Metro-
polis, quæ anno millesimo quingentesimo

tri-

trigesimo sexto ab Arnaldo Albertino Episcopo Pactensi solemni ritu iterum consecrata est.

Sexto Idus Augusti.

8

Octava Dedicacionis Basilicæ Cathedralis Panormi.

Quintodecimo Kal. Septembris.

18

Panormi Translatio Sanctæ Agathæ Virginis & Martyris, Urbis Panormi Civis, ac Patronæ Principalis, cujus corpus ex Urbe Constantinopolitana, in quam Georgius Maniacius Siciliæ Præfectus pro Michaele Paphlagone Græcorum Imperatore advexerat, iterum Catanæ, ubi martyrium consummaverat, restitutum est anno millesimo centesimo vigesimo sexto.

SEPTEMBER.

Pridie Nonas Septembris.

4

Panormi Natalis S. Rosaliæ. *ut in Martyrologio.*

Quin.

18

Quinto Idus Septembris.

9

Romæ S. Sergii. *ut in Martyrologio.*

Tertio Idus Septembris.

11

Octava S. Rosaliæ Virginis Anachoritæ
Panormitanæ, ac Patronæ Principalis.

Dominica tertia Septembris.

Panormi Translatio Sanctæ Nymphæ
Virginis & Martyris, ejusdem Urbis Civis,
& Patronæ Principalis, cujus caput indul-
gente Clemente VIII. Pontifice Maximo,
è Romana Sanctæ Mariæ in Monticellis
æde Panormum translatum, in Cathedrali
Templo conditum anno millesimo quin-
gentesimo nonagesimo tertio, magna popu-
li veneratione recolitur.

O C T O B E R.

Dominica secunda Octobris.

PAnormi Translatio Capitis S. Mami-
liani Martyris, Civis, Archiepiscopi, &
Patro-

Patroni Principalis ejusdem Urbis ; quod Alexander VII. Pontifex Maximus Petro Martinez Rubio Archiepiscopo indulfit , ut è Romana S. Mariæ in Monticellis Ecclesia Panormum transferret , ubi anno millesimo sexcentesimo quinquagesimo octavo , ad Urbis præsidium & ornatum , magnificentissima pompa exceptum est.

NOVEMBER.

Tertio Nonas Novembris.

³
R Omæ S. Sylvix. *matris S. Gregorij Pape* ut in Martyrologio.

Pridie Idus Novembris.

Apud Portum Romanum Sanctæ Nymphæ Virginis & Martyris , Urbis Panormi Civis , & Patronæ Principalis , quæ à Divo Mamiliano Martyre & Archiepiscopo Panormitano sacris undis abluta , ab Aureliano patre , Siciliæ Præfecto , variis excruciatâ tormentis , carceres , inedia , oleique fermentis dolium constantissimè perpessa ; tandem divinitus liberata , juxta eundem Portum

15
tum Romanum miraculis clara, ad cœlestem
Sponsum evolavit anno trecentesimo deci-
mo tertio .

Tertiodecimo Kal. Decembris.

19
Octava Sanctæ Nymphæ Virginis, &
Martyris Panormitanæ, ac Patronæ Prin-
cipalis.

DECEMBER.

Quinto Idus Decembris.

⁹
Juxta Portum Romanum Natalis Sancto-
rum Martyrum Eustotii, Proculi, & Gol-
bodei Urbis Panormi Civium, Divi Mami-
liani Martyris, & Archiepiscopi Panormi-
tani discipulorum, qui vario tormentorum
genere vexati, demum propè eundem Por-
tum Romanum vitam meritis redimitam
clauferunt anno duodecimo supra trecentesi-
mum .

Dominica tertia post Pascha.

Patrocinium Sanctissimi Patriarchæ Josephi, Immaculatæ, semperque Virginis Deiparæ Sponsi, cujus festum ex Urbis Voto Panormi celebratur post Terremotum anni millesimi septingentesimi vigesimi sexti, qui prima die Septembris aliquot everfis domibus, Civibusque interfectis Panormum afflixit.

E I N I S



3-1-46=2

MARTYROLOGIUM

PANORMITANUM

SANCTORUM CIVIUM,

ET PATRONORUM URBIS PANORMI,

SICULI REGNI METROPOLIS,

*Ut etiam eorum, quorum insignes Reliquiæ
in Cathedrali asservantur;*

Et Officia tum in Cathedrali, tum in aliis ejusdem Urbis,
& Archidioecesis Ecclesiis celebrantur.

*Secundò editum, recognitum,
& auctum.*



PANORMI MDCCXLII.

Typis Francisci Valenza Impr. Floris SS. Cruciatæ.

Impr. Battaglia V.G.) Impr. Loredano Pr.


LABRYRIUM

1810

MILITARIA

...
...
...
...
...

...



...

DOMINICUS ROSSO

PATRITIUS NEAPOLITANUS,

Congregationis Cœlestinorum Ordinis S. Benedicti Ex-
Episcopus Cathaciensis, & Melphiensis, Miseratione
Divina, Archiepiscopus Panormitanus, SS. D. N.
Papæ Benedicti XIV. Prælati Domesticus, Soliique;
Pontificii Episcopus Assistens, Commissarius Gene-
ralis Apostolicus Tribunalis SS. Cruciatæ in hoc Si-
ciliæ Regno, & Insulis coadjacentibus, S. R. M. à
latere Consiliarius, & Eques Sac. Regalis, & Insignis
Ordinis S. Januarii &c.

*Universo Clero Urbis, & Diœcesis Panormitanæ Salutem,
& Benedictionem in Domino sempiternam.*

DEcentissimum, immò necessarium arbitramur, ut eo majori, quo possumus, cultu, Coelicolas, præsertim nostræ Urbis, & Ecclesiæ Cives, & Patronos, prosequamur; etenim hi sunt, qui ad nostram tutelam vigili cura assistunt, & beneficia à Summo bonorum omnium Largitori nostris in ærumnis pro nobis clementer exorant. Hinc cùm Martyrologium Panormitanum recognitum, adauctum, & nonnullis, ut par erat, immutatis, secundò in lucem prodeat, nostri pastoralis sollicitudinis vigilantia exposcit, ut idem omnibus legendum proponamus. Ideoque præcipimus, & hortamur, ut in Choro, divinis Officiis persolvendis dicato, eo devotè, & attentè omnes utantur; ut dum Sanctorum nostrorum memoriam sedulò re-

4
colimus, eorumdem patrocínio, & suffragiis per-
fruemur: doctrinæ S. Bernardi memores, qui ser. 5.
omnium SS. ait: *Hæc nostra, & eorum coherencia*
est, ut nos congratulemur eis, ipsi compatiantur no-
bis: nos devota meditatione regnemus in eis: ipsi in
nobis, & pro nobis militent pia interventione.

Datum ex nostro Archiepiscopali Palatio . Panormi
Anno à Nativitate Dñi MDCCXLII. Idibus Julii.





LECTORI.

Gregorius XIII. Pont. Max. in Bulla 14. Januarii 1584. pro nova Martyrologii Romani editione, decrevit: Mandamus igitur omnibus Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, cæterisque Ecclesiis, Monasteriis, Conventibus, Ordinibus sive Secularibus, sive Regularibus, quibuscumque Præfectis, ut in peragendo divino in Choro Officio, omni alio Martyrologio amoto, hoc tantum nostro utantur, nulla re addita, mutata, adempta. Si quos alios habuerint Sanctos in suis Ecclesiis, aut locis celebrari solitos, eos in hunc librum ne inferant, sed separatim descriptos habeant, eumque illis locum, atque ordinem tribuant, qui regulis hic descriptis traditur. Huic decreto innixa Archiepiscopalis Ecclesia Panormitana quam plurimos SS. Cives, vel Patronos, quos à vetustissimis temporibus veneratur, in libello manu exarato, seorsim adnotatos semper habuit, & statutis diebus eorum memoriam in Choro recensere consuevit. Hos in nitidiorum formam redactos in lucem ad omnium utilitatem emittere statuimus, ut in Metropolitana, aliisque Urbis, & Archidiocesis Panormitanæ Ecclesiis, eadem Sanctorum me-

moria uniformiter utantur omnes : & præ oculis
Sanctorum nostrorum habentes exempla , ad se-
quenda eorundem vestigia pia æmulatione accen-
dantur . Eorum verò memoriam , quæ in Roma-
no extat Martyrologio , Pontificiam ob legem,
eiusdemque Martyrologii reverentiam , hîo tan-
tum inuimus , nihil addito , aut immutato , sed
Lectorem ad idem Martyrologium amandamus.



JANUARIUS.

Pridie Nonas Januarii.

⁴**I**N Monasterio Cucumiensi apud Caccabum,
S. Theoctisti Abbatis, qui virtutibus, meri-
tisque plenus claruit circa annum octingentesi-
mum, & trigessimum.

Quarto Idus Januarii.

¹⁰Romæ S. Agathonis &c. ut in Martyrologio
Romano.

Decimonono Kal. Februarii.

¹⁴Panormi Translatio Brachii S. Philareti Con-
fessoris, & Civis ejusdem Urbis, Ordinis S. Basi-
lii, ex Oppido Seminaræ, magna solemnitate
excepti, anno millesimo septingentesimo tertio.

Sextodecimo Kal. Februarii.

¹⁷Panormi Octava S. Agathonis Papæ, & Con-
fessoris, Civis, & Patroni principalis Urbis Pa-
normi.

FEBRUARIUS.

Nonis Februarii.

5

Catanæ in Sicilia &c. *ut in Martyrologio Romano.*

Pridie Idus Februarii.

12

Octava S. Agathæ Virginis & Martyris, Urbis Panormi Civis, ac Patronæ Principalis.

Sextodecimo Kal. Martii

14

In Ægilio, vulgò *Giglio*, Tyrreni maris insula, depositio S. Convulzii Confessoris Civis Panormi, S. Mamiliani Confessoris exilii, & erumnarum focii, qui virtute & sanctimonia illustris vixit circa annum quadragesimum septuagesimum.

Nono Kal. Martii.

21

Panormi SS. Martyrum Claudii, Sabini, & Maximi Civium Panormitanorum, qui sæviente persecutione Diocletiani, & Maximiani, insignem martyrii palmam adepti sunt, anno trecentesimo tertio.

Sexto

24

Apud Stylum in Calabria S. Joannis Theresii Abbatis Civis Panormi , Ordinis S. Basilii , qui ibidem meritis, & miraculorum gloria clarus, sancto fine quievit anno millesimo quinquagesimo quarto ; cujus memoria in Martyrologio Romano vigesimoquarto Junii ob Ecclesiam ejus nomini dicatam .

Quinto Kal. Martii.

25

Agrigenti depositio S. Gerlandi Episcopi , cujus brachium in nostra Cathedrali recolitur .

MARTIUS.

Sexto Nonas Martii .

2

In Ægilio Insula S. Eustochii Confessoris Panormi Civis , S. Mamiliani Archiepiscopi Panormitani socius , qui sanctitate clarus migravit ad Dominum circa annum quadringentesimum septuagesimum.

Pridie Idus Martii.

14

In Insula Ægilio Infantis Confessoris Civis Panormi , S. Mamiliani Archiepiscopi ejus itineris , & vitæ comitis , qui cum eodem exilium passus , spiritum, virtute, & sanctimonia refertum, Domino reddidit, circa annum quadringentesimum septuagesimum.

B

Quin-

Quinto Kal. Aprilis.

28

In Oppido Nesi Cononis Abbatis Confessoris Ordinis S. Basilii, cujus insignem reliquiam nostra Cathedralis servat, & veneratur.

*Dominica, quæ primò occurrit non impedita,
post Dominicam in Albis.*

Patrocinium Sanctissimi Patriarchæ Josephi, Immaculatæ, semperque Virginis Deiparæ Sponsi, cujus festum ex Urbis voto Panormi celebratur post Terræmotum anni millesimi septingentesimi vigesimi sexti, qui prima die Septembris, aliquot domibus everfis, & Civibus interfectis, Panormum afflixit.

A P R I L I S.*Octavo Idus Aprilis.*

6.

IN Oppido Seminarix Natalis S. Philareti Confessoris, Civis Panormitani, Ordinis S. Basilii, qui Dei monitu Calabriam petiit, & monasticam in Divi Eliæ Cœnobio vitam amplexus, omni corporis asperitate, ceterisque virtutibus clarus, sanctè decessit in eodem Oppido Seminarix anno septuagesimo supra millesimum.

Sexto Idus Aprilis.

8.

In Calabria Natalis S. Philareti Martyris, Civis Panormitani, è S. Basilii familia, qui ob Ca-
tho-

tholicæ Fidei confessionem à Saracenis multis tormentorum generibus cruciatus, Martyrii coronam accepit anno octingentesimo vigesimo secundo.

M A J U S.

Quarto Nonas Maji.

Panormi (*in Cathedrali*) Translatio Brachii S. Joannis Theresti ejusdem Urbis Civis, è Divi Basilii cœtu, quod è Calabro Styli pago Panormum invecum, anno millesimo septingentesimo vigesimoquarto, in ejusdem Urbis Basilica veneratur: cujus memoria recolitur 26. Februarii, & in Martyrologio Romano vigesima quarta Junii.

Dominica secunda Maji.

Panormi Translatio Corporis S. Christinæ Virginis, & Martyris Tyriæ, Urbis Panormi Patronæ Principalis, quod è Sæpino Samnii oppido ad principem dictæ Urbis Ecclesiam, Hugonis Archiepiscopi ope, delatum, insignique pompa receptum, anno millesimo centesimo sexagesimo, solemnifefesto, magnoque populi concursu veneratur.

Quarto Idus Maji.

Agyræ Natalis S. Philippi Confessoris, Civis Panormitani, S. Philippi Agyrensis alumni,
 B 2 qui

qui ab Episcopo Panormitano inter Diaconos adscriptus, omnium virtutum splendore, ac miraculis clarus, obiit Agyræ anno trigesimo supra centesimum.

Undecimo Kal. Junii.

22

Panormi Sanctorum Trigintaquatuor Martyrum Civium Panormitanorum, S. Mamiliani Martyris Archiepiscopi Panormitani discipulorum, qui sub Imperatore Diocletiano, & Aureliano Siciliæ Præfecto, ob orthodoxæ legis veritatem carcere, equuleo, & verberibus sævissimè dilaniati; cervicibus tandem abscissis, gloriosam martyrii palmam consequuti sunt anno trecentesimo decimo.

Octavo Kal. Junii.

25

Spoleti S. Sentii Confessoris Panormitani, qui pro Fidei confessione in exilium pulsus, unà cum S. Mamiliano Archiepiscopo, sanctitate, & miraculis conspicuus, decessit circa annum quadringentesimum.

J U N I U S,

Quarto Idus Junii.

10

TUneti S. Olivæ Virginis, & Martyris, Urbis Panormi Civis, & Patronæ Principalis, quæ nobili exorta genere, adhuc puella in persecutio-

cutio-

cutione Vandalica pro Christi fide in exilium pulsa, Tuneti multos ad Catholicam religionem attraxit: mox equuleo, ferreis ungulis, & igne superatis, à ferventis olei dolio divinitus liberata, truncato demum capite, martyrii coronam adeptæ est; cujus anima, demirantibus omnibus, in columbæ specie evolavit ad Coelum anno quadringentesimo sexagesimo tertio.

Sextodecimo Kal. Julii.

16

Apud Portum Romanum Natalis S. Mamiliani Martyris Urbis Panormi Civis, Archiepiscopi, & Patroni Principalis, qui postquam multos evangelica luce illustrasset, Diocletiano Cæsare, & Aureliano Siciliæ Præsidente, equuleo, flagellisque discerptus: carceris, & inediæ maceratione confectus, & in ferventis olei dolio, cum discipula Nympha projectus, Angelica ope liberatus, Romam petiit, ac juxta eundem portum Romanum, rerum cœlestium contemplationi deditus, sancto sine quievit anno trecentesimo duodecimo.

Quintodecimo Kal. Julii.

17

Octava S. Olivæ Virginis, & Martyris Panormitanæ.

Nono Kal. Julii.

23

Octava S. Mamiliani Martyris Civis, & Archiepiscopi Panormitani.

JULIUS.

Idibus Julii.

15

Panormi Inventio Corporis S. Rosaliæ, *ut in Martyrologio Romano.*

Dominica post Festum S. Rosaliæ.

Panormi Translatio SS. Eustotii, Proculi, & Golbodei Martyrum, ejusdem Urbis Civium, quorum Reliquiæ e Romana S. Mariæ Montiscoecii Ecclesia, ubi eorum corpora cum SS. Mamiliani, & Nymphæ corporibus asservantur, Alexandro VII. annuente Panormum delatæ sunt anno millesimo sexcentesimo sexagesimo sexto.

Nono kal. Augusti.

24

Tyri in Tuscia. *ut in Martyrologio Romano.*

Pridie Kal. Augusti.

31

Octava S. Christinæ Virginis, & Martyris, Patronæ Principalis Urbis Panormi.

AUGUSTUS.

Kalendis Augusti.

I
PAnormi Dedicatio Basilicæ Cathedralis Primariæ hujus Siciliæ Regni Metropolis , quæ anno millesimo quingentesimo trigesimo sexto ab Arnaldo Albertino Episcopo Paënsi solemnè ritu iterum consecrata est.

Sexto Idus Augusti.

8
Octava Dedicacionis Basilicæ Cathedralis Panormi.

Sextodecimo kal. Septembris.

17
Catanae Translatio S. Agathæ Virginis , & Martyris , Urbis Panormi Civis , ac Patronæ Principalis , cujus corpus ex Urbe Constantino-politana , in quam Georgius Maniacius Siciliæ Præfectus pro Michaelè Paphlagone Græcorum Imperatore advexerat , iterum Catanae , ubi martyrium consummaverat , restitutum est anno millesimo centesimo vigesimo sexto.

SEPTEMBER.

Kal. Septembris.

I

Solemnis Commemoratio Immaculatæ Conceptionis Deiparæ Virginis, præcipuæ, & primariæ Patronæ Urbis Panormi, & totius Siciliae, cujus ope Panormus ab excidio liberata est anno millesimo septingentesimo vigesimo sexto, in terrifico terræmotu, cujus festum ex Urbis voto, & Apostolico indultu celebratur.

Pridie Nonas Septembris.

4

Panormi Natalis S. Rosaliæ. *ut in Martyrologio Romano.*

Quinto Idus Septembris.

9

Romæ S. Sergii. *ut in Martyrologio Romano.*

Quarto Idus Septembris.

10

Panormi Cosmæ Confessoris Civis Panormi, Archiepiscopi Africani, qui cùm seduli Pastoris partes expleret, in patriam remeare coactus, sancto fine vitam conclusit, anno millesimo centesimo sexagesimo.

Tertio Idus Septembris.

11

Octava S. Rosaliæ Virginis Anachoritæ Panormitanæ, ac Patronæ Principalis.

Domi-

Decimoseptimo Kal. Octobris.

15

Suanæ in Tuscia S. Mamiliani Confessoris Civis, & Archiepiscopi Panormitani; qui in persecutione Vandalica exilium, & agones forti animo perpeffus, meritis ornatus migravit ad Cœlum, circa annum quadringentesimum septuagesimum.

Dominica quarta Septembris.

Panormi Translatio S. Nymphæ Virginis, & Martyris, ejusdem Urbis Civis, & Patronæ Principalis, cujus caput, indulgente Clemente VIII. Pontifice Maximo, è Romana S. Mariæ in Montecœlio æde Panormum translatum, in Cathedrali Templo conditum anno millesimo quingentesimo nonagesimo tertio, magna populi veneratione recolitur.

OCTOBER.

Dominica secunda Octobris.

PAnormi Translatio Capitis S. Mamiliani Martyris, Civis, Archiepiscopi, & Patronæ Principalis ejusdem Urbis, quod Alexander VII. Pontifex Maximus Petro Martinez Rubio Archiepiscopo indulfit, ut è Romana S. Mariæ Montiscoëlii Ecclesia Panormum transferret, ubi anno millesimo sexcentesimo quinquagesimo octavo, ad Urbis præsidium & ornatum, magnificentissima pompa exceptum est.

NOVEMBER.

Tertio Nonas Novembris.

³
R Omæ S. Sylviaë . *ut in Martyrologio Romano.*

Pridie Idus Novembris

12

Apud Portum Romanum S. Nymphæ Virginis , & Martyris , Urbis Panormi Civis , & Patronæ Principalis , quæ à Divo Mamiliano Martyre , & Archiepiscopo Panormitano sacris undis abluta , ab Aureliano patre , Siciliae Præfecto , variis excruciatâ tormentis , carceres , inediâ , oleique ferventis dolium constantissimè perpeffa ; tandem divinitus liberata , juxta eundem Portum Romanum miraculis clara , ad cœlestem Sponsum evolavit anno trecentesimo decimo tertio.

Tertiodecimo Kal. Decembris .

19

Octava S. Nymphæ Virginis , & Martyris Panormitanæ , ac Patronæ Principalis.

DECEMBER

Sexto Idus Novembris .

8

Juxta Portum Romanum Natalis SS. Martyrum Eustotii , Proculi , & Golbodei Urbis Panormi Civium , Divi Mamiliani Martyris, & Archiepiscopi Panormitani discipulorum , qui vario tormentorum genere vexati , demum prope eundem Portum Romanum vitam meritis redimitam clauserunt anno duodecimo supra trecentefimum.



DECEMBER

1873

The first of the month is the day of the year when the sun is in the sign of Capricorn. It is the day of the winter solstice, and the day when the days are the longest and the nights are the shortest. It is the day when the sun is at its lowest point in the sky, and the day when the sun is at its farthest point from the equator. It is the day when the sun is at its most southerly point, and the day when the sun is at its most northerly point. It is the day when the sun is at its most easterly point, and the day when the sun is at its most westerly point. It is the day when the sun is at its most northerly point, and the day when the sun is at its most southerly point. It is the day when the sun is at its most easterly point, and the day when the sun is at its most westerly point.





A D
MARTYROLOGIUM
PANORMITANUM
 N O T Æ.



IN calce novæ editionis hujus nostri Panormitani Martyrologii quasdam addere notas necessarium duximus, ut obscura, & levi calamo, exarata illustrentur; & fontes è quibus erute notitię indigentur. Quorundam Sanctorum memoria, a priori, quem occupaverant, loco in prima editione, semota, alibi translata; aliorum noviter addita: hoc non sine solido rationis fulcimento factum his in notis demonstrabimus, & ut effrænatam licentiam retundamus Censorum, qui perfricta fronte sacras etiam, sanctasque res persæpè notare non erubescunt. Poterant hæ notæ uberiori notitiarum copia pertractari; sed has inter angustos limites coartare studuimus. Parvo opusculo breves notæ sat erunt. Si oblata occasione opus erit, latius vel a me ipso, vel ab aliis, sacra eruditione exornatis, & in patriis rebus versatis, facili negotio præstari posse certum quisque censeat.

JANUARIUS.

4 *S. Theotistus Abbas ord. S. Basilii.* Caccabum Civitas Archidieceps Panormitanæ, ab Urbe Principe ad 24. miliaria recedit. Hic olim Cœnobio S. Nicolai præfuisse Theotistum, non sine rationis pondere tradunt Cajetanus tom. 2. SS. Sicul. f. 33. Inveges in histor. Caccab. lib. 1. cap. 1. f. 3. & lib. 3. cap. 5. f. 45. Franciscus Carre-
ra in Pant. Sicul. f. 6. Joseph Perdicaro in Vit. SS. Sicul. f. 33. & Vitus Maria Amicus de Abbatibus Sic. ex edit. Cat. par. 2. f. 236. Anno 1737. noviter Panormitano Calendario meritò additus, virtute Bullæ Gregorii XIII. 30. Decembris 1573. qua Hispanis Ecclesiis indulget: *Sanctorum, qui in Breviario non sunt descripti officia propria celebrare posse, qui vel illius diœcesis sunt naturales, vel ejus Ecclesiæ seu diœcesis sunt Patroni, vel eorum corpora, seu notabiles reliquæ in ea Ecclesia, seu diœcesi requiescunt.* Addit eadem Bulla: *intelligentur etiam concessa Ecclesiis Insularum, & terræ firmæ Indiarum dicto Regi Catholico subjectarum.* In Insulis Siciliam comprehendi docet doctissimus Franciscus Bardi in opusculo hac de re edito Panormi 1653.

Ideoq; Ill. D. Joseph Stella nostræ Ecclesiæ Archidiaconus, & Vicarius Generalis sede vacante, nunc Episcopus Mazariensis, addibita Theologorum consultatione, die 19. Novembris 1736. apponendum in nostro Calendario decrevit; ut in tabulis Curix Archiep. patet.

10 *S. Agatho.* Ecclesia Panormitana ab antiquis temporibus semper S. Agathonis memoriam 10. Januarii recoluit; quod apertissimè habetur ex ordine celebrandi divinum officium justâ formam tum calendarii Romani, quàm nostræ Metropolitanæ Ecclesiæ primùm edito Panormi an. 1611. typis Jo. Francisci de Francis. In eo legitur 19. Januarii; *Agathonis Papæ, & Conf. Civis Panormi* [fuit 10. hujus] *dup. & c.* Ita in subsequētib; annis. In Synodo etiam diœcesana Card. Joannettini Dorix

Archiep. Panormitani anni 1633. *par. 3. cap. 10. f. 109.* ubi notatur tabula festorum, in quibus tunc Canonici solemne sacrum celebrare tenebantur, decernitur; 10. *Januarii S. Agathonis PP. & Conf. R. D. Primus Presbyter*: & ita servatum usque ad annum 1639.

Card. Baronius *to. 8. annal. an. 682. n. 1.* cum incidisset in epistolam S. Agathonis, scriptam 28. Februarii 682. ad Edictum Viennensem Archiepiscopum, ex Bibliotheca Floriacensi, edita à Joanne Bosco, dubitavit, Agathonem post 10. Januarii longius vitam protraxisse: & forsitan ex amanuensium incuria pro 10. Jun. scriptum 10. Jan. quod facili negotio evenire poterat. Hanc Baronii dubitationem notatam invenio ab Henrico Spondano *in epit. Annal. Baronii an. 682. n. 1. Pirro in not. Eccl. Pan. f. 74. Inveges Panor. Sac. f. 577. & Oldoino in addit. ad Ciacconium to. 1. f. 474.* Cum autem clar. Franciscus Scorsus Soc. Jesu, dum vitam S. Agathonis scriberet anno 1640. & hanc ejusdem Baronii animadversionem perpendisset, censuit Agathonem ad Cœlum evolasse 10. Junii; ideoque ejus festum ad 10. Junii transferendum: at quia 10. Junii S. Olivæ V. & M. etiam Concivis ab antiquis temporibus dicata dies; ideo reponendum curavit 9. Julii, quam diem consecrationis ejusdem Agathonis putavit. Eo itaque instante ab eodem anno 1640. recoli cœpit memoria S. Agathonis ab Ecclesia Panormitana 9. Julii, ut ipsemet Scorsus testatur in vita *Agathonis f. 25. His rationibus, ait, & auctoritate ducti in Ecclesia Panormitana commutandum curavi diem ejus memorie celebrandæ; & sanè rectius fuisset suum illi adjiceret nisi hunc præripuisset, & veteri jure obsideret S. Olivæ Panormi ibidem Civis, & Patronæ solemne. Quare usque ad consecrationis diem protrahenda celebritas: isque imposturam S. Agathonis recolendæ memorie status Panormi servabitur.* Hæc ille. Ideoque per annos 97. ita servatum, nempe ab anno 1640. usq: ad annum . 1737.

At ob Baronii dubitationem nil Romana Ecclesia immutavit, & à veteri usu nec per latum unguem recessit; fem-

semper etenim 10. Januarii S. Agathonem recoluit, ut patet ex Martyrolog. Romano. Eadem die festum celebratum in Basilica Vaticana, teste Bartholomæo Piazza in libro: *Efemeride Vaticana* f. 25. in eadem Basilica, & in Lateranensi, ejus officium decantatur 19. Januarii ex 10. ejusdem, quia ibi non sub ritu dup. P. C. celebratur. Pro eadem die sacra Rit. Congregatio, approbante Sum. Pontifice, concessit proprium officium S. Agathonis, & missæ celebrationem Ordinibus Cisterciensi 20. Januarii 1703. & Benedictino 19. Augusti 1719. Eadem etiam die Agathonis memoriam semper recollere Ordo Benedictinus ex *Vvione in ligno vite par. 2. lib. 3. f. 15.* & Basilianus, qui suum esse putat Agathonem, teste P. D. Petro Minniti in *Kal. Basiliano*, & *Didacterio Basiliano* f. 471. Auctores verò tum veteres, tum recentiores, qui S. Agathonis vitam scripsere, vel ejus memoriam in vitis, factisque Pontificiis tradidere, eadem die 10. Januarii decessisse Agathonem scribunt: præsertim Anastasius Bibliothecarius in *vitis PP.* Philippus Bergomensis in *chron.* Ciacconius, Platina, Panvinus, Oldoinus, Bollandus, & sexcenti alii, tum Siculi, tum exteri. In officio S. Agathonis a S. R. C. approbato pro Cisterciensibus, & Benedictinis, ut diximus, eadem 10. Januarii die ejus S. Pontificis mors adnotatur. At si ita est cur solùm Panormitana Ecclesia, ab Ecclesia universali dissentiet? Cur mutationem admittere poterat anno 1640.?

Adde quòd fundamentum, cui innixa Baronii dubitatio, quæ mutationi causam præbuit, nimis infirma, immò falsa; recentiores enim seriùs expendentem epistolam ad Edictum Viennensem Archiepiscopum, nostro Agathonis attributam, apocrypham esse putant, ut præ aliis notant Antonius Pagius in *Crit. Baronii* t. 3. an. 682. n. 4. ejusque pedissequus Franciscus Pagius in *Brev. Roman. Pontif. t. 1. sæc. 7. f. 461.* nam anno 682. Edictus non erat Viennensis Archiepiscopus. Immo Franciscus Combesis. in *hist. ber. Montbel. cap. 2. §. 5. & 6. f. 146. & 152.* putat, eamdem epistolam a Leone II. Agathonis successo-

25

efflore scriptam : & Baronii opinionem , ejusque dubitationem rejicit . Ideoque cum Baronii dubitatio penitus evanescat , & non admittenda ; sic & immutatio facta in Ecclesia Panormitana , instante Scorso , nullatenus probanda .

Nec assignatio facta 9. Julii legitima censetur : non fuit etenim , ut putavit Scorsus , dies consecrationis S. Agathonis ; nam ejus consecratio fuit 27. Junii an. 678. ex Ant. Pagio *in crit. cit. an. 678. n. 2.* Fran. Pagio *in citato Breviario to. 1. & Graveson His. Eccl. t. 2. sec. 7. col. 2.* vel 10. Julii ex Panvino *Chron. Eccl. & Cajetano in Idea S. S. Sic. f. 124.* Ideoque cum an. 1640. fuerit Agathonis assignatus dies non proprius , restituendus erat diei 10. Januarii , ut Panormitana Ecclesia conformaretur Romanæ , ejusque Martyrologio .

His rationibus allatis , & expensis , quibus hinc alias addidi , Vicarius Gener. Sede Vacante D. Joseph Stella Archidiaconus nostræ Cathedralis , re maturè examinata , jure merito censuit , restituendam S. Agathonis memoriam ad 10. Januarii , ex decreto edito 6. Februarii 1737. ut in Tabulis Curie Archiepiscopalis . Ideoque in ordine anni 1738 primum legimus ; 10. *Januarii Agathonis P. & C. Civ. & Patr. Principalis Urb. Pan. novissimè restituta die propria ipsius natalis , ut in Martyrol. Rom. dup. P. C. cum octava.* & nos in hac secunda nostri Martyrologii editione , etiam ex 9. Julii , ad 10. Januarii , tanquam a die non propria ad propriam , S. Agathonem restituere curavimus . Hinc notandum quod & si in octava Epiphaniæ excludantur omnia festa ; attamen admittuntur officia Patroni , ut ex Rubr. Brev. tit. 7. ideoque quia S. Agatho anno 1624. fuit electus Panormitanæ Urbis Patronus Principalis 16. Novembris 1624. tunc sæviente peste , celebrandum ejus festum 10. Januarii , quinta die infra octavam Epiphaniæ .

14 *Translatio S. Philareti.* In oppido Seminaræ in Calabria diu jacuit corpus S. Philareti . Instantibus precibus Urbis Panormi apud P. D. Petrum Minniti Abbatem

tem Generalem Ord. S. Basilii, ut insignem Sancti Con-
civis reliquiam patriæ concederet, ipse extractionis fa-
cultatem à Clemente XI. P. M. exoravit, qui eidem Ge-
nerali petenti affatus dixit: *la concediamo volentieri,*
poicchè sappiamo, che in Palermo si venerano le Reli-
quie: quodd ex ejus Generalis ore me accepisse testor. Anno
itaque 1701. 4. Octobris Philareti Brachium extraxit, ac
Panormum secum transtulit, quo ejus Patriam ditaret.
Solemnæ Translationis festum nonnisi 14. Januarii 1703.
celebratum; cum sacrum Brachium solemnī supplicatio-
ne ab Ecclesia S. Basilii ad Cathedrale Templum dedu-
ctum, ut in ipsius Vita, & Translatione plenius scripsi-
mus.

17 *Octava S. Agathonis;* Nam Civis, & Patronus
Principalis Urbis Panormi electus 16. Novembris 1624:
cum in Urbe Panormi exitialis lues grassaretur. Jord.
Cascini *in Vita S. Rosaliæ lib. 1. cap. 7. f. 47.* Scorsus *in*
Vita S. Agath. f. 26. & Pirrus *not. Eccl. Panor. f. 74.*

F E B R U A R I U S .

5 *S. Agatha.* Cum de invictissimæ hujus Sanctæ Con-
civis vita, & triumpho multi multa scripserint, hinc non
est aliud addendum. Solummodo notandum, arbitror
quodd officium S. Agathæ a remotissimis sæculis in Sicilia,
præsertim Panormi & Catanæ, ubi Patrona, sub ritu du-
plici reolebatur; at in Ecclesia universali ritu semidupli-
ci: anno verd 1701 instante Ill. Andrea Rigio Panormi-
tano Episc. Catanensi, ex decreto Sac. Rit. Cong. 10. Sept.
indultum est, ut ritu duplici recitari possit in omnibus
Hispaniarum Regnis. At ex alio 29. Augusti 1713. in uni-
versali Ecclesia ab omnibus Christianis fidelibus, qui ad horas
canonicas tenentur, sub ritu duplici recitari demandatum.
Extat decretum in peculiari Breviario Clem. XI. *par. 3.*
f. 569. & in Bullario Romano novissimæ editionis *tom. 8.*
par. 2. pag. 437. & apud Pittonium *in const. spect. ad Sac.*
Rit. edit. an. 1730. f. 449.

12 *Octava S. Agathæ.* Recolitur cum octava, quia Civis, & Patrona Principalis Urbis Panormi, electa 4. Februarii 1602. ex tab. Senatus Panor. apud Jo: M. Amatium *de Principe Templo Panor. f. 474.* Cum autem prodiiisset Urbani VIII. P. M. Bulla, 13. Sept. an. 1642. de Sanctorum Festivitatibus; qua præcipitur, ut unaquæque Civitas Sanctum quemdam, tanquam Patronum Principalem sibi deligeret, Panormus iterum S. Agatham elegit, ut tradit Vincentius Tancredi *de Relig. tr. 1. lib. 3. n. 37.* & patet ex tab. Senatus Panor. eodem anno, & actis Capitularibus Cathedralis 11. Februarii 1643. apud Amatium *in cit. f. 475.*

14 *S. Convuldius.* Vide 15. Septembris.

21 *SS. MM. Claudius, Sabinus, & Maximus.* Cives Panormitani, quorum notitiam exhibet Philippus Ferrarius *in Catalogo Sanctor. qui in Martyrol. Romano non sunt f. 86.* Ab antiquis temporibus horum nomina recoluit Ecclesia Panormitana, ut apertissimè patet in Brevariario Panormitano membranaceo, quod anno 1452. exscriptum fuit jussu Simonis Bononii Archiepiscopi, quod pluries vidimus in thesauro nostræ Cathedralis: ut etiam viderat Cajetanus, & testatur *in animad. ad t. 1. SS. Sicul. f. 82.* qui de iisdem *eodem tomo f. 105.* De his etiam Bollandus *to. 3. Febr. f. 244.* ideoque non immerito resumptus eorum cultus anno 1737. ex bulla Gregorii XIII. ut notavimus 4. Januarii.

24 *S. Joannes Theristes.* Hujus memoria extat in Martyrologio Romano 24. Junii: & hæc est dies dedicationis Ecclesiæ nostro S. Joanni dicatæ juxta Stylum Calabriæ: ipse verò denatus 24. Februarii, ut habent Cajetanus *in Idea SS. f. 14. 107. & 122. & in animad. ad t. 2. SS. Sicul. f. 38.* Apollinaris Agresta *in Vita par. 2. cap. 10. f. 130. & cap. 12. f. 137.* Bollandus in actis SS. Febr. *to. 3. f. 483.* Petrus Fortis *in Vitis SS. Panor. f. 146.* Perdicarus *in Vit. SS. Sicul. f. 189.* Carrera *in Panth. Sic. f. 42.* aliique. Hinc perperam Mennitus *in Didact. in Basil. f. 481.* ait, defunctum Joannem 25. Julii.

Idcirco rectè primùm , me instante , anno 1738. hac die repositus , ex decreto Ill. D. Joseph Stella Vicarii Generalis Sede Vacante 6. Februarii 1637. in tabulis Curia Archiepiscopalis & in ordine Panor. appositum est : 26. Febr. *Joannis Theresi Abbatis* (Abbatis nota etiam me instante addita, quia verè Abbas , ex vita ab Agresta edita) *Civ. Pan. D. M. cujus reliq. insign. in Cath. dies novissimè assign. ex 24. hujus , quæ dies est ipsius natalis , relicta 24. Junii , quæ est dies dedicationis ipsius Ecclesie apud Stylum in Calabria: & in hoc nostro Martyrologio, eidem diei affiximus .*

25 *S. Gerlandus* Episcopus Agrigentinus. Hujus sancti Brachium servat & veneratur nostra Cathedralis Ecclesia . In primo ordine anno 1611. edito, clarè patet, quòd sub ritu dupplici Panormi ejus memoria peragebatur : at nescimus qua ex causa exinde prætermisus . Jussu verò Archiepiscopi Matthæi Basili anno 1736. ut patet ex tabulis Curia Archiepiscopalis, iterum appositus in nostro Calendario . Opinatur Pirrus in *not. Eccl. Agrig. f. 314.* Panormum allatum ab Archiepiscopo Didaco Hagedo cùm ipse ab Agrigentina Sede ad Panormitanam translatus esset anno 1589. at perperam; nam Franciscus de Puteo Regius Visitator anno 1583. inter alias Reliquias Ecclesie Panormitanæ adnotavit : *Brachium ex argento deaurato , cum quibusdam figuris Sanctorum , in quo est reliquia brachii S. Gerlandi*: ut apud Amatun *de Prin. Templo Panor. lib. 12. cap. 1. f. 364.* Et in inventario Reliquiarum anno 1553. adnotatum vidi hoc Sancti Gerlandi Brachium. Canonicus D. Franciscus Marchesius vir eruditissimus in M. S. de Reliquiis nostræ Cathedralis, non inverisimile putat , forsàn donatum Hugoni Archiepiscopo Panormitano à Gentili Episcopo Agrigentino, ab eodem Hugone consecrato anno 1154. dum sub eodem Gentili corpus *S. Gerlandi inventum ex Pirro cit. f. 274* 276.

M A R T I U S.

- 2 *S. Eustochius*. Vide 15. Septembris .
 14 *S. Infans*. Vide 15. Septembris.
 28 *S. Conus*. Hujus servatur Brachium in nostra Cathedrali , cui donatum à Rege Martino anno 1392. mense Januarii , ad preces Canonici Simonis de Rubeo , ut patet ex instrumento donationis in officio Protonotarii , & ex Amato *cit. f.* 368.

A P R I L I S .

7 *S. Philaretus Confessor* Ordinis S. Basilii. Hujus vitam habemus apud Cajetanum *to.* 2. SS. Sicularum *f.* 112. Inveges in *Pan. Sac. f.* 674. Petrum Fortem in *Vit. SS. Panor. f.* 135. Perdicarum in *vit. SS. Sicul. f.* 316. aliosque. De ejus translatione 14. Januarii.

8 *S. Philaretus Martyr* ejusdem Ordinis. De eo auctores citati, qui enarrant S. Martyris triumphum.

Dominica &c. Instantibus precibus Archiepiscopi Panormitani F. D. Joseph Gasch , Sacra Rituum Congregatio suo decreto 28. Januarii 1719. approbato à Clemente XI. P. M. 21. Februarii ejusdem anni, indulgit, ut Officium, cum Missa Patrocinii S. Joseph , concessum Ordini Carmelitarum, extendatur ad Civitatem, & Diœcesim Panormitanam . Exinde anno 1726. primo Septembris , circa quartam noctis horam Panormus horrido terræmotu concussa , penitus corruisset , nisi divinam opem in sui tutelam habuisset . Urbis liberationem unanimi omnium consensu attributam Immaculatæ Deiparæ Virgini, Divo Josepho, & benemerentissimæ Concivi S. Rosaliæ, ut ex libro ; *Paler. Ammonito, Penitente, e Grato*, edito Panormi anno 1727. latissimè patet : ideoque Senatus Panormitanus in grâti animi significationem voto se abstrixit primo Junii 1727. in Cathedrali Templo , ut quotannis festum Patrocinii S. Joseph celebraret in Ecclesia eidem

eidem dicata Patrum Clericorum Regularium, ut peragat. *Amatus cit. f. 480.* At quia sæpè sæpius occurrit, hoc festum cum aliis festis, precibus Archiepiscopi Panorm. Sacra Rituum Congregatio indulget, ut ad evitandam occurrentiam transferri possit, ad Dominicam primam non impeditam, quæ occurrit post Dominicam in Albis, ut ex decreto 9. Maji 1739.

M A J U S.

4 *Translatio S. Joannis Theresti.* P. D. Epiphanius de Neapoli Troinenfis Ordinis S. Basilii Abbas Generalis (nunc Episcopus Lystrensis.) desumpsit sacrum os integrum brachii S. Joannis Theresti ex ejus corpore, quod iusta Stylum in Calabria veneratur: & dono dedit Senatui Panormitano ex instrumento donationis Antonii Nerii Tabellionis Romani 2. Februarii 1724. exscripto Panormi in Tabulis Not. Philippi Leonti 15. Martii 1724. Ipse verò Senatus eandem Reliquiam tribuit F. D. Joseph Gasch Archiepiscopo Panormitano, ex donatione in tabulis ejusdem de Leonti primo Maji 1724. qui insignem lypsanothecam ex argento, suo sumptu affabrè elaboratam, Romæ, in qua occlusit, in thesauro nostræ Cathedralis aservandam decrevit 2. Maji 1724. Translationis festum, peractum 4. ejusdem insigni supplicatione, è Monasterio SS. Salvatoris ad nostrum Cathedrale Templum. Concesserat etiam S. R. C. ex decreto 11. Decembris 1723. ut officium S. Joannis Theresti, quod Panormi, & in ejus Diocesi, in festo ejusdem ritu semiduplici recitabatur, imposterum in nostra Cathedrali sub ritu duplici tum in die festo, tum in die translationis recitari possit. Vide 24. Februarii.

Dominica 2. Maji Translatio S. Christinæ. Anno 1160. 7. Maji Panormum translatum corpus Divæ Christinæ: at ejusdem translationis festum Dominicæ 2. Maji ab antiquis temporibus additum. Translationis historiam exhibet Cajetanus *to. 2. SS. Sicul. f. 145. extat & in*

Lectionario membranaceo perantiquo nostræ Cathedralis.

12 *S. Philippus Diaconus*. Ejus parentes precibus, S. Philippi Argyrensis, qui fuit S. Petri Apostoli discipulus susceperunt: & in primo Ecclesiæ sæculo à Panormitano Episcopo diaconali charactere insignus est: quidquid blaterent impii nebulones. Ejus natalis dies 12. Maji ex Cajetano in *Idea SS. Sicul. f. 18. & 117.* semper sub ritu semiduplici hac die: at quia sub ritu duplici reolebatur memoria Philippi Argyrensis, ideoque dies 12. Junii Diacono assignata. Anno verò 1738. elevatus hic ad ritum duplicem, quia Civis, prælatus Argyrensi.

22 *Trigintaquatuor* MM. Horum passio, & triumphus à Cajetano narrantur *to. 1. SS. Sicul. f. 139.* aitq; 11. Kalend. Junii eorundem festum celebrari ab Ecclesia Panormitana: at hoc typographi mendum puto; nam verè 10. kal. Junii nempè 22. Maji semper celebrari consuevit; ut ipsemet Cajetanus tradit in *Idea f. 16. & 118.* anno 1617. sub ritu duplici reolebatur; ita & statutum fuit anno 1628. ut tradit Hieronymus Minà in *M. S. Cur* anno 1651. & imposterum in Ordinibus, sub ritu semiduplici? Causam ignoramus. At ab anno 1737. ad primævum ritum restitutus est.

25 *S. Sentius*. Unà cum S. Mamiliano Confessore in exilium pulsus in persecutione Vandalica, juxta Spoleum glorioso fine quievit, ut habent ejus acta apud Marasciam in libro *de duobus Mamilianis*. Nunc primùm anno 1737. nostro Calendario additum, virtute bullæ Gregorii XIII. 30. Decemb. 1573.

¶ U N I U S.

10 *S. Oliva V. & M.* A vetustissimis temporibus, ut Civis venerata ab Ecclesia Panormitana: & ante reformationem Breviarii Romani anno 1568. jussu S. Pii V. cum officio proprio, quod habetur tum in antiquo Lectionario membranaceo, tum in Breviario tempore Simonis Bononii an-

1452. scripto, in thesauro nostræ Cathedralis. Ejus vitam habent Cajetanus *to. 2. SS. Sicul. f. 84* & alii.

16 *S. Mamilianus Mart.* Civis, & Archiepiscopus Panormitanus. Antiquitus ejus festum recolebatur 15. Septembris, ut observamus in Ordine an. 1611. & 1617. & tradit Cajetanus in *Idea SS. Sicul. f. 15. & 134.* sed perperam: nam dies 15. Septembris est natalis S. Mamiliani Confessoris. Error correctus in ordine anni 1651 & forsitan ante hunc annum, & deinceps semper huic diei assignatum. Consule Marasciam in libro *de duobus SS. Mamilianis.*

17 *Octava S. Olive:* utpote Patrona principalis electa à Senatu Panormitano 5. Junii 1606. ex instrumento apud Amatam *cit. f. 349.*

18 *Octava S. Mamiliani:* Nam Patronus principalis, Electionis tempus ignoratur: at certum est ante annum 1628. nam hoc anno erat Patronus, ut in M. S. Hieronymi Minà.

¶ U L I U S.

15 *Inventio S. Rosaliæ.* Hujus corpus in crypta Peregriini montis, ubi eremitam egit vitam, & obiit anno 1160. post annos 464. divinitus inventum anno 1624. patria, & Siciliam à peste liberavit. Ejus inventionis historiam latè narrat Cascinus in *Vita, præsertim lib. 1. cap. 5. f. 28. & seq.*

Dominica post festum Inventionis S. Rosaliæ Translatio Reliquiarum insignium SS. Proculi, Eustotii, & Golbodei, quæ jussu Alexandri VII. P. M. ab Ecclesia S. Mariæ in Montecælio Urbis Romæ extracta, virtute authentici instrumenti dato Romæ 10. Februarii 1666. Panormum advectæ sunt. Translationis festum insigni pompa celebratum 18. Julii 1666. & singulo anno solemnii supplicatione per Urbem circumferuntur, argentea arca occlusæ. Ex decreto Sac. Rituum Congregationis 2. Junii. 1686. celebrandum hoc festum sub ritu duplici S. C.

24. S. Chri-

24 *S. Christina V. & M.* Ejus Vitam multi tradidere: & omnia ejusdem acta sedulo collegit, & erudite propugnavit, & edidit Splendianus Andreas Pennazzi in Vita edita Montefelisci an. 1725.

31 *Octava S. Christinae.* Ab anno 1160. quando ejus Sacrum Corpus Panormum translatum, electa nostræ Urbis principalis Patrona. Cajetanus *to. 2. SS. Sic. f. 145.*

AUGUSTUS.

1 *Dedicatio Ecclesiæ Cathedralis.* Primum nostrum Cathedrale Templum anno 1185. consecratum 6. Aprilis ex Cajetano *in Idea SS. Sicul. f. 112.* & Inveges *in Panor nob. f. 448.* at ex Breviario M. S. Simonis Bononii 8. Aprilis. Non anno 1194. ut perperam Maurolicus *in hist. Sic lib. 1. f. 36.* sed 1185. At detracta antiqua calce, & innovata, iterum consecratum primo Augusti 1536. ab Arnaldo Albertino Episcopo Pactensi, ut ex inscriptione in porticu meridionali ejusdem Templi, eodem Albertino *in Synodo Pact. an. 1538. f. 42.* Cajetano *in idea cit. f. 127.* & Pirro *in not. Eccl. Panor f. 482.*

8 *Octava dedicationis.* Consecrationis Ecclesiæ festum cum Octava celebrandum *ex Rubr. 7. n. 1. Breviarii:* idem Auctores communiter docent

17 *Translatio S. Agathæ.* Hujus corpus è Catanensi Urbe, ubi insignem martyrii coronam assequuta est anno 253. a Maniace anno 1040. Constantinopolim deportatum: anno verò 1126. Catanæ restitutum, ut luculenter narrat Mauritius Episcopus Catanensis apud Cajetanum *to. 2. SS. Sicul. f. 53. qui in Idea f. 130.* eadem 17. diè hanc translationem notat. At Panormi usque ad annum 1686. hæc secundæ Translationis memoria celebrata sub ritu duplici 18. Augusti, cum peculiari nota [*fuit hieri*]; dies etenim 17. occupabatur ab octava S. Laurentii sub ritu duplici. An no verò 1686. ex concessione Sac. Rituum Congregationis 2. Junii elevata est ad ritum dup. 2. Classis, ut patet in ordine anni 1688. *f. 6.* ideoque solert. issimus

D. Carolus Amicus ejusdem nostræ Cathedralis Canonicus, Ordinis Conditor, an: 1687. & 1688. rectè diem 18. huic Translationi assignavit. At defuncto Amico, ejusdem successor Aloysius Vassallo, forsan dicti decreti, vel inficius, vel immemor, in primo ordine ab eo edito an. 1689. & in subsequētib; annis iterum ad diem 18. transtulit. Hinc iterum dictæ diei 17. restituendam curavimus, juxta legem Rubricæ, & Auctorum doctrinam.

S E P T E M B E R.

1. *Solemnis Commemoratio Immaculatæ Conceptionis Deiparæ.* Primo Septembris 1726. circa quartam noctis horam horrificus terræmotus Panormum invasit, quo Urbs tota concussa, 150. propè cives a domibus everfis oppressos ingemuit. Liberationem ab universali excidio Illibatæ Conceptioni, cui Urbs addictissima, S. Josepho, ac Divæ Rosaliæ patrociniò, non immeritò attributam: ideoque in grati animi obsequium, Excell. Senatus Panormitanus primo Junii 1727. vovit quotannis festum Immaculatæ Conceptionis hac die celebrandum, in Ecclesia S. Francisci Minorum Conventualium. Sacra etiam Rituum Congregatio primo Octobris 1740. benignè indulfit, ut a Clero Sæculari, & Regulari utriusque sexus ejusdem Urbis, & Diœcesis singulis annis die primo Septembris celebrari possit dictum festum cum officio proprio, & missa ipsius Immaculatæ Conceptionis sub ritu duplici Secundæ Classis.

4. *S. Rosalia.* A remotissimis temporibus hac eadem die festum Divæ Rosaliæ Panormi peragebatur. In ordinibus annorum 1612. & 1617. quos vidi, sub ritu semiduplici. At post inventionem corporis anno 1624. sub ritu duplici, quia eodem anno 27. Julii electa Principalis Urbis Panormi Patrona, teste Cascini *in Vita lib. 1. cap. 6. f. 37.* & ab Urbano VIII. Pontifice Maximo in Martyrologii Romani fastis apposita. Cascini *cit. lib. 3. cap. 13 f. 391.*

S. Ser-

9 *S. Sergius.* Anno 1628. 18. Augusti habita Congregatione coram Em. Cardinali ab Auria Archiepiscopo Panormitano institutum fuit, memoriam S. Sergii recolendam sub ritu majori, quia Urbis Panormi Civis, & Patroni, ex m. s. Hieronymi Minà, tunc ejusdem Archiepiscopi à sacris cæremoniis. Anno 1716. 12. Septembris officium proprium S. Sergii Ecclesiæ Panormitanæ concessum; antea pro Basilicis Lateranensi, & Vaticana approbatum.

10 *S. Cosmas.* S. Cosmæ Panormitani, Archiepiscopi Africani cultum antiquissimum fuisse in Ecclesia Panormitana non est ambigendum. Ejusdem memoria adhuc servatur in Breviario Simonis Bononii an. 1452. exscripto; & singulo anno officio, & missa recolebatur, aliisque pietatis officiis: at intermissa omnia post Bullam Pii V. pro reformatione Breviarii Romani editam an. 1568. Cum autem anno 1736. 27. Novembris, Sancti Archiepiscopi corpus evectum ab ara Immaculatæ Deiparæ Virginis in nostra Cathedrali, iterum redditus eidem cultus; & vi Bullæ Gregorii XIII. appositus in nostro Calendario ab anno 1737. ex decreto Vicarii Generalis Sede Vacante D. Josephi Stella die 19. Novembris 1736. in Tabulis Curie Archiepiscopalis. Consule libellum. de eo editum anno 1737.

11 *Ostava S. Rosaliæ.* Post inventum ejus Corpus, electa Urbis nostræ Principalis Patrona 27. Julii 1624. Cascini in *Vita* lib. 1. cap. 6. f. 37. ideoque cum Ostava.

15 *S. Mamilianus Confessor,* Archiepiscopus, & Civis Panormi, alius à Martyre: in persecutione Vandalica, unà cum S. Sentio Sacerdote, & SS. Monachis Eustochio, Convuldio, & Infante in exilium pulsus est. Ejus vitæ acta, cum actis S. Mamiliani Martyris, & Archiepiscopi Panormitani, ob homonymiam a nostratibus scriptoribus confusa; qui ex duobus unum effecere. At Joseph Vincentius Marascia in lib. *Risoluzione Istoria de' due SS. Mamiliani*, edito à me anno 1701. alium ab alio secernit: horumque Socios distinctos esse luce meridiana clariùs de-

monstrat. Hinc cùm diu Mamilianus Màrtyr, ejusque discipuli Panormi cultum habuissent; nunc eandem venerationem Mamiliano Confessori, & ejus sociis tribui par fuit; ut semper habuit Suanæ, ubi corpus hujus Mamiliiani quiescit: ideoque appositi noviter in nostro Calendario ex decreto Vicarii Generalis Sede Vacante edito 19. Novembris 1736. in Tabulis Curiaë Archiepiscopalis: & quidem nostro Mamiliano hæc dies assignata, nam hæc dies ad Cælum ascendisse scimus: Sentio dies 25. Maji, nam natalis dies ejusdem certum est. Aliis, de quibus dormitionis ignota dies, aliæ assignatæ dies, nempe Convuldio 14. Februarii, Eustochio 2. Martii, Infanti 8. Augusti: hoc verò ab anno 1738. At de Infante notandum, quod Conditor Ordinis recitandi officium anno 1738. in memorato die 8. Augusti Infantem locavit: at anno 1739. & imperium diei 14. Martii affixit, & rectius; nam octava dies Augusti Panormi celebratur octava dedicationis Ecclesiæ Metropolitanæ.

Dominica quarta Septembris Translatio S. Nymphae.

Panormum translatum caput hujus S. Concivis an. 1593. ab Ecclesia S. Mariæ in Montecælio, celebri triumpho exceptum fuit 9. Septemb. Instrumenta translationis exhibet Cajetanus to. 1. SS. Sicul. in animad. f. 126. & seq. Usque adhuc festum celebratum 3. Dom. Septembris: at quia sæpius concurrebat cùm festo S. Matthæi Apostoli, vel cùm festo Nominis Mariæ Virginis, ideo anno 1738. in 4. Dom. translatum, ut in ordine ejusdem anni notatum observamus: *dies novissimè in perpetuum assign. ex Dom. 3. in Dom. 4. Sept.* At nequaquam laudaverim, ut festum ex proprio loco ad aliud non proprium, post annos 145. nempe ab anno 1593. ad annum 1738. transtulerint ex futili ratione, quam alii longè doctiores Ordinis directores bene intellexerant.

Dom. 2. Translatio Capitis S. Mamiliani M. anno 1658.
 6. Octobris Panormum delati a Petro Martinez Rubio
 Archiepiscopo Panormitano : quod ex facultate Alexan-
 dri VII. P. M. fuit extractum ab eadem Ecclesia S. Mariæ
 in Montecælio , ut ex instrumento translationis dato Ro-
 mæ 31. Octobris 1657.

N O V E M B E R .


3 *S. Silvia* S. Gregorii Magni Mater. Cum ex variis,
 solidisque monumentis innotuisset Silviam Panormi na-
 tam , Martinus de Leon & Cardenas Archiepiscopus Pa-
 normitanus anno 1650. præcepit, ut in Panormitano Ca-
 lendario apponderetur , vigore Bullæ Gregorii XIII. ut ex
 Francisco Bardi *in opusc. de hac re f. 27.* & Inveges *in Pa-
 normo Sac. f. 434.*

12 *S. Nympha.* Antiquitus hujus Sanctæ Civis festum
 peractum fuisse Panormi 12. Novembris testatur Cajeta-
 nus : at nescio quis per summam inscitiam in posteriori
 ævo corrigendum censuit 10. Novembris , cum advertis-
 set hac die festum constitutum SS. MM. Tryphoni, Respi-
 cio , & Nymphæ: at hæc Nympha à nostra Panormitana
 penitus diversa . Scioli errorem detexit idem Cajetanus,
 vir de rebus sacris Siculis benemerentissimus ; ideoque
 diei 12. restituendum curavit Nymphæ Panormitanæ fe-
 stum . Consule ejus librum *de die natali S. Nymphæ*
editum anno 1610. & animad. ad tom. 1. SS. Siculor.
f. 118. & seq.

19 *Octava S. Nymphæ.* Jure meritò Nymphæ octa-
 va debetur , quia Patrona Principalis Urbis , electa ante
 annum 1606. ut habemus ex decreto anni 1606. pro ele-
 ctione S. Olivæ apud Amatum *de Prin. Temp. Panor. lib. 11.*
cap. 6. f. 349.

8 SS. *Proculus*, *Eustotius*, & *Golbodeus*. Horum dies natalis 8. hujus: ita Cajetanus *in Idea SS. Sicul.* f. 144. at cedendus locus Conceptioni Immaculatæ Deiparæ; ideoque festum celebratur 9. ejusdem ex 8. ita in antiquis Ordinibus ab anno 1611. Horum acta habemus apud Cajetanum *tomo 1. SS. Sicul.* f. 140. Ex decreto Sac. Rituum Congregationis 2. Junii 1686. sub ritu duplici S. C.

FINIS.



UNIVERSITY OF ILLINOIS-URBANA



3 0112 059968641